

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5344

**Auteur(s) :** Jean Molet, fils de Robert du Pré [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Nicolas de Vrigny, Coutances (chanoine)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1258, 26 mai

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean Molet, fils de Robert du Pré, et Dieudonné dit le Prêtre, de la paroisse de Valognes, vendent à maître Nicholas de Vrigny, chanoine de Coutances, pour vingt-huit sous tournois et quatre deniers, une rente de trois sous tournois à la Saint-Michel, un pain et une poule à Noël et l'hommage de Raoul dit Hune. L'acte de vente est lu devant une paroisse.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 87, p. 207-208.

Texte établi d'après a

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod ego, Johannes dictus Molet, filius quandam Roberti de Prato, et ego Deodatus dictus Presbitere, de Valoniis, vendidimus, concessimus et omnino dimisimus magistro N[icholao] de Vrigneio, canonico Constantiensi, tres solidos tur. in festo sancti Michaelis in Monte Gargano et unum panem de denario et unam gallinam in Natali anni redditus et homagium Radulphi dicti Hune, de Valoniis, et quidquid juris habebamus et habere poteramus in predictis redditu et homagio nos et heredes nostri, pro quadam pecia terre sita apud haiam Coquet, continente circa dimidiā acram terre inter terram au Hart ex [una parte et] [...] [Piquenot] ex altera. Tenendum et habendum jure hereditario dicto m[agistro Nicholao et] suis heredibus, vel alii quibus dictum redditum dare, vendere aut aliis [quibus dictum redditum concedere] voluerit, sine aliqua reclamatione nostri vel heredum nostrorum, [pr]o viginti et octo solidorum tur. et quatuor denariorum tur., quos nobis dedit dictus magister Nicholaus [pro prenominata venditione] et concessionē et persolvi fecit [in pecunia] numerata. Nos quidem predictus Johannes et ego dictus Deodatus [...] in solidum et heredes nostri similiter dicto magistro vel heredibus [suis vel] aliis quibus dictum redditum dederit aut assignaverit pretaxa[tam vend]itionem et concessionem tenemur garantizare et in omnibus [deffendere] ; hec autem predicta omnia et singula juravimus, tactis sacro[sanctis,] nos fideliter et in teneriato servaturos. Recepimus autem de preno[minatis] viginti octo solidos tur. et quatuor denarios: ego sepescritus [Johannes], viginti quinque solidos tur. pro tribus solidis tur. de prefato redditu [et] ego prenominatus Deodatus, quadraginta denarios tur. pro prehabitis denariis [...]. Cujus rei testimonium et munimen, ego prenominatus Johannes presentem cartam sigilli mei munimine roboravi ; ego autem Deodatus prescriptus, quia sigillum non habeo, ad majorem rei certitudinem sigillum reverendi patris J[ohannis], Dei gratia Constantiensis episcopi, ad causas unacum sigillo viri venerabilis et discreti Nicholai de Neautiz, Constantiensis archidiaconi, apponendum procuravi ; neque hoc pretermitti volumus quod si predictum redditum prenominato magistro aut heredibus suis vel quibus aliis concesserit, [si] forte garantizare non possemus, tenemur eis in proprio nostro hereditagio valore ad valorem excambiare ; quod hereditagium non poterimus dare vel vendere aut alio modo

alienare quantum remaneat in nostra manu quoad dictum excambium sufficiat, si necesse fuerit faciendum. Ad quos nos et heredes nostros per proprium nostrum juramentum obligamus. Actum anno Domini M° CC° L° octavo, die dominica post Trinitatem, mense mayo. Teste parochia de [...], coram qua lecta est presens carta.